2

lissima et ad exercitationem ualde iucundissima. His causis uero fratres quentissime que... qua
primus ordo est geumetrie necessarius. Nonne et eloquentie ex prioribus geometria p
bat uim quentia. et certis in est artis propter quod plures inuenias. qui dialectici similiter et re
thorici ingrediantur hanc artem. Dilectico namque silogismo si respicit utitur. et qui
sunt potentissimi gramatici. quos apodixis grece dicuntur idem probant. Et certe enthimi
mati quia rethoricus est sillogismus. quod latine interpretatur mentis conceptio. quem perfecto
solent astigasi nuncupare. Et ipse demique probat cuius sit forme circuitus. quod lineis rectis
continetur. quibus modis finitur. que illa circumcurrens linea. si efficiat orbem. que forma est
in planis maxima perfecta. in quatuor spatia complectitur. et si quadratum paribus oris effici
at. rursum quadrata triangulis. Triangula ipsa. plus aequis lateribus quam inequalibus.
et alia forsitan obscuriora. quod etiam operis sequi oportet experimentum. Haec
in planis. Nam in montibus et collibus. etiam imperito patet. quia per solis cursus et um
briarum motu comprehenditur. et per diuergia aquarum segregatur. Nunc ad epistolam
iulii cesaris ueniamus. quod adhuius artis originem pertinet. Ut nec ipsius auctoris gloria
pereat et nobis plenissime ueritas ad notitiam ueniat. Quis quis ille tamen hanc e
pistolam studiose legere uoluerit. quibus compendiis da introductus. lucidius maiora
dicta in breui percipiet. Sic fit. DIUUS IULIUS CAESAR

VIR acerrimus et multarum gentium dominator. frequentia belli militem exercuit. am
pliorum bellorum operibus augende rei causa. inlustrium uirorum urbes ingres
sus est. Gentium populos rogantes. recepit. Tyrannos gladio interemit. Et postquam
hostilem terram obtinuit. deletis hostium ciuitatibus. denuo nouas urbes constituit. Da
to iterum coloniae nomine. ciues ampliauit. Milites. colonos fecit. Alios in italia. a
lios in prouintiis quibusdam. Haec que diuus augustus adsignatas stilla loca urbes, primiciarii
exercitui iussit propter subita bellorum aciae. Non solum eas ciuitates deinum cingi
re muris. uerum etiam loca aspera et confragosa. facta alligari. ut illis maxime
propugnaculo esset. ista loci natura. et ab agrorum noua dedicatione culture. colo
nias appellauit. Que coloniae his uictoribus. qui temporibus causa arma ceperunt
adsignate sunt. Ergo ne quid nos preterisse uideamur. sed magis eorum exem
pla sequamur. se peremt adformam respiciendum. Et quia moniumalterum diuers

Lizenz: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 298(119), p. 2 – Boetii geometria et musica
(http://www.e-codices.ch/de/sbe/0298/2)